

vel verbis mollioribus, sparsim ab ipso traditis, nihil certi de ejus orthodoxia concludi posse.

C a p u t X .
S U M M A R I U M .

Ratio dissensus inter Cartesium & Spinozam, ab ipsius Spinozæ testimonia petita, non est satis valida; quod luculenter demonstratur. I. Dissensus in particularibus nihil facit ad rem. II. In primariis, a Cl. Antagonista allegatis, nulla est differentia, ut patet e substantiæ definitione, quæ, quoad sensum, Cartesio & Spinozæ omnino eadem est. III. Ut & attributi. IV. Nec non modi. V. Neque, quoad rem, in conceptu infiniti differunt. VI. Nec etiam in notione libertatis. VII. An in notione causæ efficientis differant, nondum Cl. Antagonista probavit. VIII. Perversæ definitiones Spinozæ hic non magis spectant, quam Cartesii. IX. Non solum Spinoza, sed & Cartesius multa, Deo indig- na,